



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Quæst. 1. Quid significat nomen Sacramenti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**



TRACTATUS PRIMUS.  
DE  
SACRAMENTIS  
IN GENERE.

---

C A P U T P R I M U M.

*De diversis significationibus nominis  
Sacramenti, & de ejus definitione.*

Quæst. I. **U**I D significat nomen  
Sacramenti?

Resp. **N**omen hoc Sacra-  
menti generaliter lo-  
quendo sumitur pro om-  
ni eo, quod respectum & ordinem habet ad  
rem sacram: & in hoc sensu Divus Thomas  
ait: *Sacramentum idem est quod sacrum secre- D Tho. 3. p.*  
*tum.* Unde cum apud antiquos quicquid vio- q. 60. art. 1.  
lari nefas erat Sanctum aut sacrum vocaretur, *ad 2.*  
omne secretum Divinum vel humanum, quod  
violare minimè licebat, Sacramentum diceba-  
tur, & in hoc sensu Raphaël Angelus Tobiae  
dicit, *Sacramentum Regis abscondere bo-* cap. 12.  
*num est.*

Tonus III.

A

2 T R A C T A T U S I.

Sacramentum autem in Jure Civili & Cano-  
Can. Sacra- nico , sàpè pro juramento sumitur : *Sacra-*  
*men, 2, q. 4.* *mentum* , inquit Canon , *id est juramentum à*  
*summis Sacerdotibus , vel Dei Ministris exigi,*  
*nisi pro fide recta minimè cognovimus , nec*  
*spontè eos jurasse reperimus. Et quidem Sacra-*  
*mentum dicitur , quia sacrum Dei nomen in-*  
*vocatur. Idem habetur in lege 2. Cod. Si ad-*  
*versus venditorem.*

Significat aliquando in Scriptura rem sanc-  
tam & sacram absconditam & secretam , quo  
sensu Ephes. 2. dicitur : *Vt notum nobis face-*  
*ret Sacramentum voluntatis sua , & Sapien-*  
*tia. cap. 2. nescierunt Sacraenta Dei. Et ad*  
*Timotheum cap. 3. Magnum pietatis Sacra-*  
*mentum , hoc est magnum Mysterium , seu*  
*res sancta & sacra quæ ab æterno in Deo erat*  
*abscondita , Angelis & hominibus ignota , us-*  
*que ad tempus quo completa est.*

Hic non ita sumimus Sacramentum , sed  
Sacramenti nomine intelligimus quod com-  
muniter Concilia , sancti Patres , præsertim  
Latini , & Theologi , sanctus Augustinus &  
sanctus Thomas hoc nomine significatum vo-  
lunt , quibus *Sacramentum , sacrum signum*  
*est* , ut Divus Augustinus lib. 10. de Civit. Dei.  
c. 15. & D. Tho. 3. p. q. 60. art. 1.

Synodus etiam Parisiensis an. 1557. ait *Sa-*  
*cramentum ex more Catholica Ecclesia dici-*  
*tur sacra rei signum.*

Quæst. 2. Quomodo potest definiri Sacra-  
mentum hoc modo sumptum ?

Resp. In Catechismo Concilii Tridentini ita  
definitur : *Sacramentum est res sensibus sub-*  
*jecta qua ex Dei institutione sanctitatis &*  
*justitia tum significanda tum efficienda vim*  
*habet.*

Ut hæc definitio melius percipiatur , ejus